

Πρεσβεία Ἰουδαίων Κρήτης 1342.

Περὶ διαφορῶν ἀντικειμένων.

1^{ον} Αἰτοῦνται, ὅπως μετὰ μεγαλυτέρας εὐσπλαγχνίας γίνεται πρόβλεψις ὑπὲρ αὐτῶν κατὰ τὴν κατανομήν τοῦ σίτου, καὶ νὰ μὴ δίδεται εἰς αὐτοὺς περισσότερον τῆς ἱκανότητος αὐτῶν, ἤτοι τὸ τρίτον τοῦ διανεμομένου.

Ἀπαντᾶται ὅτι οὐδεὶς νεωτερισμὸς δεόν νὰ γίνῃ.

Δι' ἄλλου θεσπίσματος, λαμβανομένου ὑπ' ὄψει τοῦ ἀριθμοῦ καὶ τῆς ἱκανότητος τῶν Ἰουδαίων, ὅπως λάβωσι τὸ τρίτον τοῦ σίτου χωρὶς ποσῶς νὰ ἐπιβαρύνωνται, ἀποφασίζεται ὁμως νὰ δίδεται αὐτοῖς μόνον τὸ ἕκτον.

Διὰ τρίτου θεσπίσματος ἀποφασίζεται νὰ δίδεται εἰς τοὺς Ἰουδαίους τὸ πέμπτον, διότι διδομένου τοῦ ἕκτου, οἱ Χριστιανοὶ ἤθελον εἶσθαι μᾶλλον βεβαρυμένοι ἢ οἱ Ἰουδαῖοι, λαμβανομένης ὑπ' ὄψει τῆς καταστάσεως αὐτῶν.

2^{ον} Αἰτοῦνται, ὅπως δύνανται νὰ ἀγοράζωσι κρέατα κλπ.

Ἀπαντᾶται ὅτι ἐπιτρέπεται εἰς αὐτοὺς ἀπὸ τῶν καλλενδῶν τοῦ Ἰουνίου μέχρι τέλους Σεπτεμβρίου νὰ δύνανται νὰ ἀγοράζωσι πάντα τὰ κρέατα ἐκ τοῦ σφαγείου πλην τῶν μουνουχίων καὶ τῶν κριῶν.

3^{ον} Αἰτοῦνται, ὅπως μὴ ἐπιβαρύνωνται δίδοντες δάνεια εἰς τὴν κοινότητα ὑποχρεωτικῶς.

Ἀπαντᾶται, ὅτι ὅταν διατάσσεται ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι νὰ συνάπτωσι δάνειον, ὀφείλουσι νὰ ἐξελέγχωσι τοὺς Ἰουδαίους τοὺς ἔχοντας χρήματα καὶ δυναμένους νὰ δίδωσιν, ὅπως συντελῶσιν εἰς τὴν ἐπιτυχίαν τῶν δανείων τούτων, νὰ μὴ ἐπιβαρύνωσιν ὁμως αὐτοὺς ὑπὲρ τὴν ἱκανότητα αὐτῶν. Δι' ἐτέρου θεσπίσματος ἀποφασίζεται, ὡς πρὸς τὰ δάνεια νὰ παραμείνῃ ἡ προτέρα κατάστασις.

5^{ον} Αἰτοῦνται, ὅπως μὴ ἐπιβαρύνωνται τὰ κακῶς κατεργασμένα δέρματα, ὅταν τοῦτο προέρχεται τυχαίως καὶ οὐχὶ ἐκ δόλου.

Ἀπαντᾶται ὅτι δεόν νὰ γίνεται ἐπιμελής ἐλεγχος κατὰ τὴν κατεργασίαν, ἐπειδὴ δὲ δὲν εἶναι δυνατόν ἡ κατεργασία νὰ ἐκτελεῖται πλημμελῶς, διότι ἐν τοιαύτῃ περιπτώσει τὰ δέρματα θὰ ἦσαν μικροτέρας ἀξίας, διατάσσονται ὁ δούξ καὶ οἱ σύμβουλοι Κρήτης, ὅπως μὴ ἐπιτρέπωσι νὰ ἐνοχλῶνται ἢ νὰ ἐπιβαρύνωνται οἱ Ἰουδαῖοι, ἔτι πλέον ὥς πρὸς τὸ ζήτημα τῆς κατεργασίας τῶν δερμάτων, διότι, ὡς ἐλέχθη, δόλος κατὰ τὴν ὥς εἴρηται κατεργασίαν δὲν ὑφίσταται.

6^{ον} Αἰτοῦνται ὅπως μὴ ἐπιβαρύνωνται τὰ κεντήματα διὰ φορολογίας, ἔνεκα μικροῦ λάθους περὶ τὴν ὕφανσιν καὶ νὰ μὴ ἐπιβάλλεται πρόστιμον δύο ὑπερπύρων κατὰ τόπιον, πλην τῆς καταστροφῆς.

Ἀπαντᾶται ὅτι, ὅταν τόπιόν τι εὗρεθῇ κακῶς κατεργασμένον καὶ παρὰ τὰς δοθείσας διαταγὰς, τὸ τόπιον τοῦτο πρέπει νὰ ἐπιδειχθῇ καὶ ἐξετασθῇ ὑπὸ τῶν ταμιῶν Κρήτης, ἐὰν πράγματι εὗρεσκειται εἰς τὴν κατάστασιν διὰ τὴν ὁποίαν καταγγέλλεται. Ἐὰν δὲ εὗρεθῇ κακῶς κατεργασμένον καὶ παρὰ τὰς δοθείσας διαταγὰς, τότε νὰ κόπτεται εἰς δύο ἢ περισσότερα μέρη ὑπὸ τῶν ταμιῶν, οἵτινες ἐπιβάλλουσι ποινὴν κατὰ τὴν κρίσιν των. λαμβάνοντες ὑπ' ὄψει ἐὰν ὑπάρχει δόλος ἢ λάθος εἰς τὸ ἐν λόγῳ τόπιον.

F^o 64^r Millesimo trecentesimo XLII, die primo Julij.

N^o 536. Infrascripte sunt partes posite super infrascriptis capitulis porrectis Dominio pro parte uniuersitatis Judeorum Candide examinatis per nobiles uiros ser Bertucium Michaellem, ser Johannem Sanuto et ser Petrum Zane de mandato dominij.



Nº 537. Capta. Et primo ad primum capitulum quod prouideatur eis misericorditer in facto frumenti quod datur eis ultra debitum, quando per dominationem deinde diuiditur per commune, cum eis detur continue tertium eius quod diuiditur etc. Capta fuit pars quod super dicto capitulo nulla nouitas fiat.

46 non sincere 8.

10

Nº 538. Cum uideatur consideratis quantitate et possibilitate dictorum Iudeorum quod sint in habendo tertium dicti frumenti nimium aggrauati; uadit pars quod committatur duche et consiliarijs predictis quod sicut datur dictis Iudeis tertium frumenti quando diuiditur, sic de cetero dari eis debeat solum sextum. 13.

Nº 539. Quia manifestum est quod dando ipsis Iudeis sextum frumenti, christiani magis essent grauati quam ipsi Iudei, consideratis conditionibus eorum; uadit pars quod committatur predictis duche et consiliarijs quod de cetero ipsis Iudeis dari faciant solum quintum, sicut datur eis tertium. 20.

15

Nº 540. Super secundo capitulo de possendo emere carnes etc.; uadit pars quod concedatur eis quod a kallendis Junij usque per totum mensem Septembris possint emere omnes carnes a becharia, exceptis castratis et arietibus. 20

De parte 43 de non 36—non sincere 7.

Item de parte 41—de non 38—non sincere 7.

Nº 541. Super tercio capitulo quod continet quod aggrauantur a faciendo imprestita communis, quando imponitur aliquod imprestitum communis per dominationem deinde etc.; uadit pars quod committatur duche et consiliarijs predictis quod quociens necesse est dominio deinde inuenire denarios per uiam imprestiti, debeant requirere Iudeos habentes de suo et potentes soluere quod contribuant istis imprestitis illud quod conueniens est, non grauando eos ultra debitum, ita quod nullo modo aggrauentur illo quo non possunt soluere et qui sunt pauperes, et ut firmiter istud seruetur et fiat, quod ipsi ducha et consiliarij quando casus predictus faciendi imprestita occurrerit per se examinent et inquirent qui sunt illi qui possunt contribuere isti imprestito, et illos tantum requirere ut dictum est, non aggrauantes eos ultra debitum ut prescribitur. 17.

25

30

Nº 542. Capta. Quod super hoc facto imprestiti Iudeorum nulla uouitas fiat. 35

Nº 543. Super quinto capitulo continente de pelamine et coramine in quibus aggrauantur quod inuento quod non sit bona confectio in eis, quod sepe accidit non per maliciam set per aliquod sinistrum, ipsum coramen inciditur et condemnatur propterea etc. Cum repertum sit per expertos in dicta arte quod non committitur fraus in conficiendo pellamina et coramina, quoniam nulla utilitas sequeretur exinde, set damnum sic, quia coramen male confectum minoris precij ualde est quam si sit bene confectum. Et immo quilibet conficiens coramen, sem-

40



per mititur suo posse, conficere ipsum quam melius potest, licet non semper confectiones sint sine aliquo defectu propter aliquem casum sinistrum, et non per
45 maliciam ut dictum est.; uadit pars quod committatur duche et consiliarijs predictis quod non permittant dictos Judeos in facto confectionum coraminis ulterius molestari uel aggrauari quia ut dictum est fraus non committitur in confectionibus antedictis.

38 de non 26.

50 Item de parte 28—de non 34—non sincere 10.

Nº 544. Super sexto capitulo de cendatis in quibus dicunt se grauari paruo errore condemnatur in duobus yperperis pro pecia, et ultra hoc ipsa pecia lace-
ratur; uadit pars quod quociens aliqua pecia cendati ipsorum dicetur minus bene laborata, et extra ordines dados, illa talis pecia debeat uideri et examinari per
55 camerarios Crete, si fuerit ut dicetur. Et si uiderint et cognouerint quod non sit iuste ut debuerit laborata, et extra ordines dados illam faciant incidi in duobus locis uel pluribus, sicut eis uidebitur et faciant condemnationem de ipsa sicut apparebit eisdem, consideratis fraude, errore seu fallo, repertis in dicta pecia, que condemnatio deueniat et diuidatur sicut presentialiter obseruatur.

60 De parte 31—non sincere 7.

Capta. De non 43.

13

Ἐπὶ διαφορᾷ μεταξὺ Μαριτζόλας θυγατρὸς τοῦ ποτὲ εὐγενοῦς Βαρθολομαίου Γραδενίγου ἐκ Χάνδακος συζύγου τοῦ Αἰγιδίου Ντὲ Ἰορδάνου καὶ Ἰακώβου τοῦ σοφοῦ Ἰουδαίου ἐκ Κρήτης, δι' ἑαυτὸν καὶ τὸν πενθερόν του Τζάκαν Ἰουδαῖον, περὶ ἀμφισβητουμένης ὀφειλῆς. 1342, Ἰουλίου 4.

Fº 65º Nº 549. Millesimo trecentesimo XLII, die quarto Julij.

Capta. Cum pro parte Marizole filie quondam nobilis uiri Bartholomei Gradonico de Candida uxoris Egidij de Jordano nobis expositum fuerit quod tempore uiri nobilis Johannis Mauroceno duche Crete fuerunt uendite seruentarie
5 septem dicti quondam patris eius, qui constituerat commissarios dominum Johannem Gradonico fratrem suum et uxorem eius matrem dicte Marizole, qui commissarij non bene concordabantur ad inuicem quia quidam frater matris interfecerat patrem eiusdem Marizole fratrem dicte Johannis. Et super strida facta de bonis quondam domini Bartholomei clamauit quidam nomine Jacob sapiens
10 judeus de Creta tam nomine suo quam nomine cuiusdam Zache judei soceri sui, petentis aliqua debita que dicebant ab ipso quondam Bartholomeo debere recipere, que ascendunt cum cartis et sine cartis yperpera VI centum de quibus nichil habere debebat pro quibus clamoribus apparet esse datum a camera communis primo yperpera VIII centum, que yperpera VIII centum apparet per

